desiderabat. quia in isto ieiunio allegorice notatur:
quia cum esuriret eorum salutem. secundum quod dicit Io. iiii. Meus
cibus est ut faciam voluntatem eius qui misit me.
et Io. vi. d. Hec est autem voluntas eius qui misit me patris
ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo. Tamen ieiunavit quia
paucos ad fidem convertit. Et in hoc ieiunio ut haberet
cibum humiliavit animam suam usque ad mortem mor
tem autem crucis. Quartum est quia pro eis orabat. unde dicit. et oratio
mea convertetur. i. convertebatur. in sinu meo. i. in secreto
divinitatis mee que intra me abscondita est. q. d. ego
tamen orabam ad me deum. Sextum est quia eos diligebat.
unde addit. Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic compla
cebam. quod duobus modis construitur. primo sic. com
placebam supple mihi in bonis eorum sic. quasi proximum
et quasi fratrem nostrum. i. sic de proximo et fratre ut ponatur
casus pro casu. vel sic. complacebam supple patri ha
bendo eos. quasi proximum et quasi fratrem nostrum. licet michi
retribuerent mala pro bonis. unde dixit. pater ig
nosce eis quia nesciunt quid faciunt. Luc. xxiii. Sep
timum est quia de peccatis eorum dolebat. unde addit. quasi
lugens. i. vere lugens et contristatus de peccatis eorum:
sic humiliabar compatiendo eis. unde Luc. xix. Vi
dens civitatem flevit super eam. postea ostendit
quod nec sic voluerunt converti nec emendari. sed
peiorati sunt. unde enumerat mala que e contrario fecerunt
ei. primum est quia adversus eum letabantur et insul
tabant. unde dicit. adversum me letati sunt. unde et
in hoc psalmo dixerunt euge euge. secundum malum est con
spiratio eorum. unde addit. et convenerunt. Mt. xx
vi. a. Tunc congregati sunt principes sacerdotum
et seniores populi et consilium fecerunt ut Ihesum do
lo tenerent et occiderent. Tertium est flagellatio.
unde sequitur. Congregata sunt super me flagella. ps. Su
pra dorsum meum fabricaverunt peccatores. Quartum:
quia eum ignorantem reputaverunt. unde subiungit.
et ignoravi. i. ad modum ignorantis me habui.
et ignorantis reputatus fui. Quintum fuit scisma. unde sequitur.
dissipati sunt. i. per scisma divisi. Io. ix. Dicebant
ex phariseis quidam. Non est hic a deo qui sabbatum
non custodit. alii dicebant. quomodo potest homo peccator hec signa
facere. et scisma erat inter illos. vel de pena peccati
post legem. dissipati sunt. i. per diversa loca divisi per Tytum

et Vaspasianum. Sextum fuit eorum obstinatio.
unde addit. nec compuncti. licet sic dissipati ut dictum est. unde
Stephanus arguit eos Act. vii. Dura cervice et incircumci
si corde. Septimum fuit eius dolositas. unde subiun
git. temptaverunt me. Mt. xxii. Quid me temptatis hypo
crite. Mt. xxvii. Si filius dei es descende de cruce. Octavum
fuit derisio eorum. unde dicit. subsannaverunt me. sed ut osten
dat magnam et frequentem esse addit. subsannatione.
q. d. frequenter subsannaverunt. Tren. iii. b. Factus sum in
derisum omni populo meo canticum eorum tota die. Nonum
fuit crudelitas eorum. de qua dicit. frenduerunt super me.
more ferarum. dentibus suis. dentium collisione sevi
ciam cordis exprimebant. sicut contra Stephanum. Act. vii.
ubi dicitur quod stridebant dentibus in eum. postea petit Christus libe
rari ab eis in resurrectione. unde dicit. domine. q. illi. ita
sed tu o domine pater quando respicies: me ab ipsis liberando
restitue animam meam corpori in resurrectione a malig
nitate eorum. supple liberatam. et erue a leonibus. i. iu
deis et dyabolo. unicam meam. s. animam. vel unicam. i.
carnem que fuit unica. i. sola concepta sine omni peccato. vel
unicam. i. ecclesiam. Cant. vi. Una est columba mea. Mor. Mor.
Ego autem cum mihi molesti essent. hoc dicit vir iustus et sic
facere debet cui molesti sunt ei inimici. s. caro. mundus.
demones. per importunitatem temptationum. induebar
cilicio. ponit hic tria remedia contra molestiam adversa
riorum. s. macerationem carnis contra vitium corporis citius.
orationem. contra dyabolum. inanem: contra mundum. sed quia vi
tium carnis monstrum est habens duo capita. s. luxuriam
et gulam: ideo contra luxuriam primo dicit. induebar cilicio.
Ierem. Cinis et cilicium arma sunt penitentium. Gen. xx Ierem.
xix. Mulier molesta erat adolescenti et ille relicto
pallio in manu illius et egressus foras fugit. per
pallium significatur preciositas et mollities vestis per quam
mulier ad litteram. vel caro apprehendit hominem ut
dormiat secum. sed qui relinquit mollitiem vestium et sumit
cilicium et asperas et viles vestes: pervadet hoc viti
um. contra gulam dicit. et humiliabam in ieiunio ani
mam meam. et notabiliter dicit. humiliabam in ieiu
nio. quia multi de ieiunio superbiunt. unde Ysa. vii.
Caput Syrie damascus. damascus interpretatur bibens
sanguinem et significat ieiunium. quod ad litteram bibit et
adnichilat sanguinem et carnem ieiunantium.